



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 9. Circa mutuam Mariti, & Vxoris obligationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

ratu aliorum filiorum ex toro legitimo, nisi ei certo, & evidenter moraliter constet, prolem esse suam, non constare autem id moraliter certo, quando probabilem habet rationem dubitandi de contrario. Quia in dubio in materia de iustitia melior est conditio bona fide possidentis. Lessi. lib. 2. de iust. cap. 20. dub. 6. n. 39. Certe tandiu habet probabiliter dubitandi rationem, quandiu fundatur in adulteræ leuitate, in sinistra fama illius, ut si cum alio etiam commisit adulterium: vel si illa quoque dubitet, an filius ex marito sit, an ex adultero. Henricus. lib. 11. cap. 21. num. 3. si soluta mulier cum duobus conuersetur, neuter eorum tenetur credere, prolem esse suam. Imo licet Titius suam esse credat, quod de facie constet indicium; & Sempronius eam suscipiat, nutriet, dote, & dicit non tenetur Titius eam suscipere, nec Sempronio satisfacere: quando quidem ille vel sua leuitate, vel mulieris impostura deceptus est. Quia constat, illam alium admisisse: & tu non teneris adulteræ, aut solutæ credere tibi asserenti, aut iuranti prolem esse tuam. Lessi. 2. de iust. C. 10. dub. 6. num. 39. Sotus l. 4. de iust. q. 7. art. 2. Ast si adulter, vel solutus rebus penatis maiorem probabilitatem habet, prolem esse suam: adhuc existimo, ad nihil teneri. Quia re vera habet adhuc probabilem rationem dubitandi. Fagund. tom. 1. Decal. l. 4. cap. 6. num. 4. Denique si nullam habet dubitandi rationem, quod proles ad eum pertineat, tenetur restituere alimenta illius à tertio anno in posterum, quamvis non suaserit suppositionem, aut imputationem alteri factam. Dixi, A tertio anno in posterum: quia usque ad tertium tenentur matres suos filios alere suis expensis: à triennio autem in posterum patres obligantur. Colligitur ex cap. 1. de conuers. infidel. & probat Gloss. ibi. Iam ad præcipuam deueni difficultatem, utrum adulter teneatur damnum restituere filiis legitimis in eo casu, quo prolem esse suam agnoscit, & nullam habet rationem de contrario ad dubitandi?

Non tenetur, modo non fuerit imputationis author. Quia adulter vera non est causa damni proxima, efficax, & per se, sed est causa remota, & per accidens, nec in adulterij patratione intendebat, ut adultera ea fraude vteretur, vel suppositione, si ex adulterio illo proles nasceretur, nec consilium ad eam fraudem agendam dedit; sed solum interferebat suæ libidinis explere voluptatem. Sic Sotus lib. 4. de iust. quest. 7. art. 2. Henricus. lib. 11. cap. 21. num. 3. litter. T. & Lessi. lib. 2. cap. 10. dub. 6. num. 42. dicit, esse probabilem.

Tenetur plane ad restitutionem pro expensis educationis à triennio & ultra, & pro legitima aliis filiis legitimis, & ea damna rescire, si unde habeat, vel ex tertia suorum bonorum parte, vel aliunde in defectu matris, suæ fuerit author, & suaserit talis imputationis, sine non fuerit. Quia non expedit in re tam nefaria favere adulteris in solisque excusare. Et quia re vera ille adulter causa iniusta iniusti damni fuit, & damnum à parte rei datum fuit iniquo modo, & per iniuriam mariti committendo adulterium cum coniugata: unde moraliter fuit causa efficax damni: Ergo de iure naturali id tenetur rescire. Ita Gutier. l. 1. q. 99. Canonic. cap. 38. num. 33. Sylvest. verb. Adulterium, quest. 5. Cor-

duba sum. quest. 11. dicto 4. Lessi. citat. à num. 42. ad 45. Nauar. sum. cap. 14. num. 48. Caiet. 2. 2. qu. 61. art. 6. ad 2. Palud. in 4. dist. 15. Angel. verb. Adulter, §. 4.

Cum his opinor. Quia difficile mihi admodum, hoc damnum secutum fuisse ex adulterio per accidens. Nam cum fraus impositionis sequatur ex adulterio, & ex illo damnum: inde est, quod volens adulterium, necessarium vult fraudem, & damnum; qui autem vult per fraudem damnum alteri dare, & de facto datur tenetur illud rescire. Actio namque adulterij erat contra iustitiam, & ex illa communiter loquendo oritur fraus suppositionis; quare qui vult adulterium, necessarium vult suppositionis effectum, qui ex illo communiter resultat.

CAPVT IX.

Circummutua Mariti, & Vxoris obligatio.

PROBL. XXII.

Tenetur, & non tenetur maritus à patria recessurus secum deferre uxorem si illa eum velit comitari, in iis casibus, in quibus ei licet, ab ea, vel inuisa diuertere.



VAMVIS cohabitatio coniugum sit de iure naturali, & diuino; quia non minor est obligatio cohabitandi, quam reddendi debitum/permittitur tamen viro diu abesse inuita vxore ex causa iusta: verbi gratia, si Princeps eum ad bellum conducatur. Si id necessarium sit ad gubernationem domus, & rem familiarem tuendam. Quia in his ac similibus eventibus irrationabiliter est vxor inuita: neque enim tenetur vir ei morem gerere cum bonorum iactura, aut præbendo se Regi inobedientem. Nam in ipso matrimonij contractu pollicentur sibi coniuges mutuam operam, & ex illo tenetur vir uxorem, & familiam sustentare, ac gubernare. Sanch. lib. 9. de matrimo. d. 4. num. 14. Quæritur autem, an in iis casibus, in quibus maritus licet recedere ab vxore etiam inuita, teneatur secum deferre uxorem, si illum ea velit comitari?

Tenetur plane. Quia cap. Quod super, de Voto, decidit, virum in peregrinatione Terræ Sanctæ abeuntem teneri deferre uxorem illum volentem comitari, ac remanere nolentem. Quod etiam habetur in l. fin. tit. 8. part. 1. Sic nonnulli docti Iurisperiti, quibus videtur, partem hanc ex his textibus clare probari.

Minimè tenetur. Quia cum necessarium multæ expensæ gerendæ sint ad vxoris cum viro profectioem, variæque inde incommoda viro resulant, irrationabiliter vxor erit inuita: nec textus citati cum tanto viri onere sunt exponendi si quidem ratione nituntur. Ita Sanch. l. 9. de matr. d. 4. n. 14. Fagund. de i. Decal. l. 4. c. 7. n. 12. Ego

ELSCOB

Theol Mor

Tom III. I

E IV

77
Non tenetur,
si non fuit
imputationis
author.

108
Tenetur etiam
non fuerit au-
thor imputa-
tionis.

110
Causa scilicet
an.

111
Tenetur quod
damus.

112
Non tenetur.

Sect. II. De Præcepto IV. Problemata. 249

113
Auctoris
solutio.

Ego quidem existimo, si vir proficiscatur statim reuersurus, aut notabilem moram facturum non vno in loco, sed in diuersis, non teneri secum vxorem adducere comitari volentem; quia id esset magno impedimento, & sumptu marito. Quare tunc vxor nolens remanere, esset irrationabiliter inuita. Si verò maritus vno in loco sit diu habitaturus, & illi non sint necessariae graues expensae ad traducendam vxorem, tenebitur secum adducere. Quia tunc rationabiliter vult vxor virum suum sequi: & in hoc casu textus citatos intellexerim. Potest tamen vir cum sit caput vxoris breuem aliquam professionem iurare, & peregrinationem vouere absque illius consensu: non tamen longam poterit, ea inuita, promittere, & exequi. Quia Deo non placent vota, quae sunt cum alterius damno implenda; quale esset huiusmodi Votum, quod in debiti ac cohabitationis praedictum esset implendum. Syluest. verb. Votum 3. quest. 1. & omnes.

PROBL. XXIII.

Vota longa peregrinationis coniugis sunt, & non sunt ipso iure irrita.

114
Sunt ipso iure irrita.

Quasi enim, num vota longa peregrinationis, vel diuturnae abstinentiae emissae ab vno coniuge, altero ignorante sint ipso iure irrita, imò potius valida, donec ab altero, in cuius praedictum sunt, irritentur? Sunt quidem ipso iure irrita, ac proinde nulla indigent irratione. Quia vovit rem sibi prohibitam, & praedictum alteri coniugi asserentem: ac proinde facit votum vinculum iniquitatis, sicut faceret, si voveret, se minime debitum redditurum. Sic Sotus libr. 7. de iust. quest. 3. art. 1. Manu tom. 2. sum. cap. 90. num. 7.

115
Non sunt irrita ipso iure.

Non sunt ipso iure irrita. Quia votum longa peregrinationis, vel abstinentiae non opponitur directe matrimonio, nec coniugali debito: sed est aliquod grauen alterius coniugis; quare validum erit, & obligabitur tamen erit alteri coniugi ab eo dissentiri, illudque irritare. Ita Caiet. 2. 2. quest. 88. artic. 8. Sanchez libr. 9. matrimon. d. 3. num. 8. Turrec. ad cap. sunt quaedam 17. quest. 1. num. 9. Angl. in floribus part. 2. quest. vni. art. 7. post 9. diff. dub. 3. concl. 1. Navar. sum. cap. 12. num. 62. London. Lopez part. 1. instr. cap. 46. §. Mulier vxor. Fagund. tom. 1. Decalog. libr. 4. capite 7. numero 16.

116
Resolutio
Auctoris.

Crediderim, huiusmodi votum licitum, ac validum esse: non posse tamen impleri, nec obligare, donec alteri coniugi sit manifestum, & ille id approbet: quare nec coniux vouens absolute peccabit, (nisi expresse intenderet se obligare contra alterius coniugis voluntatem: & tunc votum esset ipso iure naturae irritum.) Quia hoc votum pendet à voluntate alterius, & licitum est vouere rem ab alterius voluntate pendentem sub ea conditione, si ab altero approbetur. Sic Religiosi sapè vouentem sibi prohibitam, & pendentem à Superioris voluntate, quam tenentur exequi, si Superior votum approbaverit: & votum est validum, donec à

Superiore irritetur. Nec est simile de voto non reddendi debitum, nam illud ipso iure est irritum. Quia est directe emissum contra matrimonij fidem: & est Votum de praestanda Deo re aliena: habet enim alter coniux dominium in alterius corpore quoad debitum, quod in actionibus ipsius coniugis liberis non habet.

PROBL. XXIV.

Coniux Catholicus tenetur, & non tenetur admittere coniugem haereticum, si post sententiam de haeresi latam ab eo aduersum conuerso, & velit in saeculo sic remanere.

Conueniunt Doctores teneri coniugem Catholicum coniugem conuersum ab haeresi admittere, quando ab eo ante sententiam haeresis, & iudicium Ecclesiae propria auctoritate se separauit. Quæstio autem est, an tenetur coniux Catholicus admittere coniugem haereticum conuersum, si post sententiam haeresis ab eo recessit, & velit sic ab illo separatus in saeculo remanere?

Coniux Catholicus recedens à coniuge haeretico conuerso, post iudicis sententiam de haeresi, non tenetur ad eum redire, siue illum admittit, si velit Religionem ingredi: tenetur autem si velit in saeculo manere. Quia cap. fin. cum addit. de conu. conu. diuertenti post sententiam non ponit. datur plena libertas ad manendum in saeculo, sed limitata, vt Religionem ingrediatur: Ergo si ad Religionem non transferit, minime eximetur ab obligatione alendi, admittendique vxorem, si ipsa sit, quae conuertitur: vel reuertendi ad virum, si ipse sit, qui conuersus est. Sic Glossa ad cap. fin. verb. Iudicio. Abul. ad cap. 19. Mat. quest. 76. Veracr. part. 3. spec. art. 2. concl. 5. Sanch. libr. 10. de matrimon. d. 15. num. 18. Manu tom. 2. sum. cap. 230. num. 1. Hostiens. Ioan. Andre. Alex. de Nauo. Sum. A. tenf. Iulius Clar. Surdus apud Sanch. Sotus in 4. dist. 19. q. vni. art. 4. ad 3. Graf. part. 2. decis. libr. 1. cap. 12. numero 73.

Si coniux post sententiam iudicis de haeresi ab alio coniuge diuertit, non tenetur illum admittere, vel ad eum reuerti, etiam si in saeculo maneat: sed liberum est, illum admittere propterea maluerit, ac si adulterio carnali commissio, diuertisset. Quia Ecclesia in poenam haeresis in iudicio condita facit ins coniugi Catholico in perpetuum diuertendi ab haeretico, etiam si respiscat: & ita hoc diuortium esse poenam ait Castro lib. 2. de lege poen. cap. 4. & Sanch. libr. 10. de matrimon. d. 15. num. 91. & 19. & Valent. in contr. l. vni. de insolubil. matrimon. cap. 6. vbi ait, posse Ecclesiam in poenam semel commissi criminis diuortium perpetuum concedere, sicut contingit in haeresi, quando disceditur ex peculiari iudicio Ecclesiae, & Henric. l. 1. c. 17. n. 6. docet, haeresis damnatū celsi inter alias poenas dānari poena diuortij perpetui. Itaque potest coniux si velit, in saeculo manere. Quia in c. fin. de conuers. coniug. praescribitur, posse quidem coniugem ad Religionem conuolare: non autem non posse, etiam si velit, in saeculo manere. Neque enim haec

hæc est apta consequentia: Potest ad Religionem transire: ergo non potest in sæculo remanere. Ita Monald. *sum. tit. de disp. cultu. Angel. v. Matrimonium* 4. Couarr. 4. *Decretal. p. 2. c. 7. §. 5. n. 5. Maienzo l. 1. recopil. tit. 1. glof. 1. nu. 8. Fagund. 2. l. 4. c. 8. n. 10. Castro l. 2. de iusta hæret. punir. c. 7. Rojas de hæret. p. 2. aff. p. 40. num. 2. 1. & alij plures.*

120
Secundam
eligo senten-
tiam.

Ego autem quamvis aliquando primam sententiam veriorē esse credebam propter textum capituli *fin. de conuers. coniug.* attentius tamen perpendens verba crediderim secundam sententiam esse probabiliorem. Nam textus non loquitur expresse de hac re, neque definit non posse coniugem Catholicum in sæculo manere absque obligatione admittendi coniugem hæreticum damnatum de hæresi per Ecclesiæ sententiam; sed tantum dicit, posse, prædicto coniuge nolente, ad Religionem transire Catholicam, ubi enim in penam coniugis damnati cohereditur Catholico libertas transeundi ad Religionem, prout maluerit. Vnde non coarctant diuertendi facultatem coniugis Catholici ad ingressum Religionis tantum: sed explicat casum Religionis, supponens, posse etiam manere in sæculo: & sic exposuit casum difficiliorem, supponens tanquam verum minus difficilem. Si enim solum diceret, eximi coniugem Catholicum ab obligatione reddendi debitum: & cohabitandi cum hæretico conuerso: non inde sequeretur habere licentiam ineundi Religionem; nam ratione affinitatis amittit coniux ius exigendi debitum, ita ut alter non teneatur reddere, & tamen non inde sequitur, posse alterum ad Religionem transire.

PROBL. XXV.

Vi coniux Catholicus valeat perpetuo separari à coniuge hæretico conuerso: requiritur, & non requiritur specialis sententia diuortij: & sufficit, & non sufficit condemnatoria hæresis sententia.

121
Specialis di-
uortij senten-
tia requiritur.

Non sufficit condemnatoria sententia hæresis, sed requiritur specialis sententia diuortij. Quia sæpè sententia hæresis fertur in occulto, nec de illius tenore publicè constat. Ergo ut constet cunctis, coniugem Catholicum iuste à coniuge hæretico conuerso seiungi, necessaria erit specialis diuortij sententia. Sic Quand. in 4. dist. 39. d. vni. propos. 13.

122
Non requiri-
tur specialis
diuortij sen-
tentia.

Sufficit condemnatoria sententia hæresis, nec requiritur specialis diuortij sententia. Quia diuortium est quadam hæresis pœna: vnde eo ipso, quod coniux, hæreticus declaratur per indicis sententiam, simul pœna diuortij damnatur: sicut consequenter etiam damnatur pœna amissionis bonorum, & honoris. Ita Sanch. l. 10. de matr. c. 15. num. 20. Castro l. 2. de iust. hæret. punir. c. 7. Couarr. 4. *Decretal. p. 2. c. 7. §. 5. n. 5. Barbo. l. n. bri. p. 2. n. 21. & 22. Sotus in 4. dist. 39. q. vni. a. 2. ad 3. Henriq. l. 1. c. 17. num. 6. Ludou. Lopez p. 2. Instr. c. 54. Graf. p. 1. decis. l. 2. c. 84. num. 16.*

123
Hoc docendū
existimo.

Dicendum existimo, minimè desiderari diuortij sententiam sed iudicium Ecclesiæ requisitum nullum aliud esse, quam sententiam Iu-

dicis Ecclesiastici, qua declaratur, illum fuisse hæreticum; qua sententia data, sine ulteriori sententia diuortij integrum est coniugi Catholico omninò diuertere & vel manere in sæculo, vel ad Religionem transire. Nec opus est, in actu publico huiusmodi hæreticum coniugem per Iudicis sententiam damnari: si enim re vera declaratur per illam, eum fuisse hæreticum, & ut talis habitum penitentium induatur, & reconcilietur quamvis in occulto, & inter priuatos parietes id fiat, sufficit planè. Quia semper verificatur, præcessisse Ecclesiæ iudicium, & sententiam declaratoriam hæresis: quam declarationem statim sequuntur pœnæ hæreticis in iure statutæ, quarum vna est diuortium perpetuum.

PROBL. XXVI.

Post sententiam latam, qua vxor declaratur hæretica, potest, & non potest eius vir sacris ordinibus, manens in sæculo, initiari: sicut potest, si velit, ad Religionem transire, ea inuita, & renitente.

Minimè potest. Quia Religionis ingressus expresse permittitur, & conceditur coniugi Catholico c. *fin. de conuer. coniug. ibi. M. 1. ff. l. i. que in Fide permansit, potest, nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiæ separata, ad Religionem libere conuolare. transitus verò ad sacros ordines in sæculo manendo nullibi in iure expresse permittitur. Et quia Extranag. Antiqua Joann. 22. de diuort. habetur, nulli licere ad Sacros Ordines transire, nisi ut in sacris canonibus permittitur. At nullus est canon permittens viro Catholico, ut sacris Ordinibus initiatur manens in sæculo, inuita vxore post sententiam hæresis illius. Sic Angl. in florib. p. 1. de matr. q. 12. de dispari cultu a. 2. post dub. 7. diff. 1. Canedo *sum. vbi de matr. c. 7. Ludou. Lopez p. 2. Instr. c. 54.**

Potest, omnino. Quia eadē est ratio de transitu ad Sacros Ordines, atque ad Religionem, cum utrobique detur perpetuum solemnissimæ statutis votum, & consequenter perpetua status mutatio. Vnde cum in iure expresse concedatur coniugi Catholico transitus ad Religionem, inuito altero coniuge de hæresi in iudicio convicto, & iam conuerso: consequenter etiam expresse conceditur transitus ad ordines sacros: maximè quia hoc est fauor coniugis innocentis, & fauores sunt ampliandi. Ita Sanch. l. 10. de matr. d. 15. n. 21. Rodrig. to. 1. *sum. c. 230. n. 2. concl. 2. Vega to. 1. sum. c. 89. casu 3. Sotus in 4. dist. 39. q. vni. a. 4. ad 3. Palati. in 4. dist. 25. q. vni. Fagund. 10. 2. Decal. l. 4. c. 8. n. 13. Barbo. in rub. 2. p. n. 20. ff. soluto matrim.*

Hanc sententiam probabiliorem admodum esse crediderim. Quia hæc est regula generalis: (quam tradunt Syluest. v. *Diuortium*, q. 17. nu. 20. dicto 1. Navar. l. 3. *consil. tit. de conuers. consil. conf. 10. n. 1. Henriq. l. 1. c. 8. nu. 10. & l. 12. c. 5. n. 10. & Sanch. l. 10. de matr. d. 12. n. 16.*) Quoties licet viro ad Religionem conuolare vxore hæretica reconciliata in sæculo manente, ac renitentes

116
Hæc longè
probabilius.

Se& II. De Precepto IV. Problemata. 251

tente; licet ei quoque Sacris Ordinibus initiari in sæculo manendo, nisi aliunde adsit impedimentum irregularitatis, bigamiae, natalis, &c. Neque est opus, ut coniux de hæresi damnatus & reconciliatus ad Religionem transeat, vel in sæculo manens continentiam promittat, ut huiusmodi transitus ad Ordines Sacros, vel Religionem sit licitus coniugi catholico. Quia facultas concessa catholico innocenti nullam debet vim inferre coniugi hæretico reconciliato.

PROBL. XXVII.

Post adulterium potest, & non potest vir innocens Sacris Ordinibus initiari, inuita, & reclamante vxore adultera, sicut ad Religionem potest conuolare.

117
Non potest.

Non potest. Quia in iure expressum est, ut coniux possit ob adulterium spirituale hæresis conuictæ in iudicio alterius coniugis, ad Religionem conuolare, non autem ad sacros Ordines, ut patet cap. fin. de conuers. coniug. Ergo idem est dicendum ob eandem rationem de adulterio carnali. Sic Innoc. ad c. Teniens, de conuers. coniug. & ibi Hostiens. nu. 8. & 9. Ioan. Andre. nu. 4. Butri. nu. 4. & hoc dicit effectus Cardin. ibi. in fine. summa Astens. part. 2. l. 4. tit. 11. art. 2. quest. 9. Gutier. qq. Canon. lib. 1. cap. 25. numer. 13. Graf. part. 2. decis. libr. 1. cap. 12. nu. 64.

118
Potest omnino.

Potest omnino. Quia adultera omni iure coniugali destituitur, unde cum eo omnino in pœnam criminis destituitur: æque licebit viro ipsa inuita ad Sacros Ordines, atque ad Religionem transire, ex regula illa generali, quam nu. 126. tradidimus. Ita Syluest. v. Diuortium nu. 20. Armilubi. nu. 11. Natat. lib. 3. consil. 11. de conuers. coniug. concl. 5. Sanch. lib. 10. de diuort. d. 11. nu. 16. Sa. v. Diuortium. Henric. lib. 8. cap. 8. nu. 10. Sotus in 4. dist. 27. quest. 1. art. 4. Fagund. tom. 1. Decal. lib. 4. cap. 8. numer. 16. Corduba sum. quest. 138. victor. sum. nu. 253.

119
Longè hoc verius.

Liberum certe est viro innocenti, vxore adultera inuita, ad Sacros Ordines manendo, in sæculo transire: sicut liberum ei est, si voluerit ad Religionem commigrare, inibique profiteri. Quia vere est, & recepta communiter illa regula: Quoties licet viro ad Religionem, inuita vxore, transire: licet ei quoque ad Sacros Ordines, manendo in sæculo conuolare. Induobus autem casibus hoc est licitum. Primo ob adulterium spirituale hæresis, ut definitum est in cap. vltim. de conuers. coniug. Secundo ob adulterium carnale propter eandem rationem. Et quia hanc causam dimissionis expressit Christus Dominus Mat. 5. & 9. ob adulterium enim carnale priuatur adulter coniux omni iure coniugali.

PROBL. XXVIII.

Maritus teneatur, & non teneatur alere vxorem, quam sine dote duxit, quando illa est diues, aut pauper eius.

Suppono ex sect. 1. teneri virum alere vxorem, quam sine dote duxit promissione. Quia sibi imputare debet, quod nullam dotem postulauerit. Et quia tacite videtur, personam vxoris pro dote accipere. Sunt enim nonnullæ, quarum industria plus valet, quam copiosa dos; & ad hæc alimenta præstanda potest in vtroque foro cogi. Quæsierim autem, an maritus teneatur alere vxorem si postquam eam sine dote duxit, dotem petat, & illa neget dum diues sit ipsa, aut patens eius?

Teneatur quidem. Quia sibi imputare debet maritus, nullum, de dote sibi prius constitutenda, pactum iniisse: & quia re vera, indotatam duxit. Vnde nec ipsa, nec parentes eius tenentur postmodum in conscientia illi dotem constituit. Sic Molina tom. 2. de iust. d. 425. Surdus de alim. tit. 7. quest. 19. nu. 1. & alij citati à Sanctio lib. 6. de matr. d. 5. nu. 8.

Non teneatur vir alere vxorem, quam sine dote duxit, si ipsa sit diues, & nolit dotem constituit. Quia dum mulier diues absque dotis promissione ducitur, videtur tacite elicere actum de dote constituenda; quare dum dos tacite promissa non soluitur, iustam causam vir habet ei alimenta denegandi: nunquam enim assolent viri mulieres diuites ducere, nec tanto studio eas inquirunt, ac sollicitant, nisi sub tacita dotis intentione, quam præsumitur mulier promittere, dum aliquem in maritum acceptat. Ita Sanchez lib. 9. de matr. d. 5. nu. 9. & lib. 1. d. 59. nu. 4. & d. 60. nu. 1. multos ubique citans. Fagund. tom. 2. lib. 4. cap. 9. nu. 4. & apud ipsum Baldus, Iason, Lupus.

Hæc verius mihi; Adicio autem quando non ipsa mulier, sed pater eius diues esset, dotem que filia constituere nollit: tum maritum adstringi eam alere. Quia dotem in pactum non deduxit. Molina 10. 2. de iust. d. 145. & alij communiter. Hæc autem intellige, si maritus diues sit, & possit; nam pauper non teneatur vxorem alere, sicut non tenetur, filios; nemo enim ad impossibile obligari potest. Imo quamvis proprium sit viri vxorem, filios, & familiam sustentare, & laborare teneatur, ut illis alimenta præstet, & mortifere peccet, nisi id efficiat: ut optimè docet Toler. lib. 5. cap. 2. tamen si vxor diues sit, & maritus pauper, & ignauus adeo, ut industriam non habeat ad vitam alendam: tenetur vxor viro ac filiis, familieque alimenta præstare.

l. si cum dote 23. §. si maritus, ff. soluto matrim. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 36. nu. 6. & 7.

PROBL.

PROBL. XXIX.

*Quando mortuo viro, nulla se petunt vi-
ri bona, vxor vidua tenetur, & non te-
netur ex bonis suis dotalibus, & arthi-
soluere debita à viro suo contracta ad
ipsam, & familiam alendam: verbi
gratia, ad soluendum famulorum mer-
cedem, domus locationem vestes, &
cibaria.*

134
Tenetur qui-
dem.

Tenetur profectò. Quia quando res aliena
in alicuius conuersa est vtilitatem, quam-
vis illam minime furto acceperit: tenetur ille
eam soluere: ut cernitur in his qui hædum furti-
um comedunt, scientes esse furto acquisitum:
debet enim unusquisque illorum in subsidium
furantis hædum restituere, quoniam in eorum
conuersus est vtilitatem, ut docet Gabri. in 4.
dist. 15. quest. 3. Et quia ubi aliquis occasione
rei alienæ sit ditior, tenetur, quamvis rem illam
apud se non habeat, restituere id, in quo factus
est ditior: idque in utròque foro, lib. 2. ff. ad le-
gem Rhodiam, de iactu merc. Vbi decernitur si la-
borante naue, aliquarum mercium iactus fa-
ctus fuerit, detrimentum esse commune, & ad
illas teneri illos, quorum merces propter alia-
rum iactus saluæ factæ sunt. Quia occasione
iactus rei alienæ ditiores sunt facti; perirent
enim omnes merces, nisi illæ iactarentur. Sed
occasione mutui accepti à viro paupere vxor
eo capiens alimenta ditior facta est, ex suis enim
se bonis aleret, si mutuum non reciperetur. Er-
gò in defectum, & subsidium viri, soluere id te-
netur. Sic Lara l. si quis à liberis, §. si quis ex his,
num. 115. ff. de lib. agnosc. Gama par. 1. decif. 366.
num. 7. Barbosa l. si constante 25. num. 52. ff. soluto
matrimon. Sardus de aliment. priuil. 48. nu-
mer. 5.

135
Non tenetur.

Minimè tenetur. Quia vxor non tenetur
ad ea debita à viro paupere contracta pro suis
alimentis, si facultates viri successu temporis
angerentur: Ergò non tenetur, quando vir
est pauper, & non habet, vnde soluat; nam si
ratione paupertatis mariti teneretur, postea re-
deunte viro ad meliorem fortunam non resur-
geret ea obligatio; si enim paupertate viri ex-
tingueretur obligatio illa, profectò auctis eius
fortunis non renouisceret obligatio, namque se-
mel extincta, non renouiscit. l. Cum ex causa.
Codic. de remis. pignor. Et quia si Antonius ut
suis creditoribus Petro, ac Ioanni satisfaciatur,
as alienum accipiat existimans se posse illud
in futurum soluere: si postea non possit, nullus
dicet, Petrum ac Ioannem, quæ eo mutuo po-
steriori satisfactum est, eo quod totum illud in
illorum vtilitatem fuerit conuersum, teneri
eam pecuniam soluere posterioribus creditori-
bus: nec etiam dicet, hos posteriores actionem
habere contra Petrum, & Ioannem; quia hi
posteriores nullum contractum cum illis inie-
runt, nec illi ab his quicquam accepere. Haud
secus quamvis maritus mutuum pecuniam con-
flet, ad alendam vxorem, ac familiam, & ea pec-
unia in vxoris conuersa sit vtilitatem: non re-
nebitur vxor ad illius solutionem; quia nullum

contractum cum creditoribus inuit, nec quid-
quam ab illis accepit. Ita Molina tom. 2. de iust.
d. 435. Gomez Arias lib. 49. Tauri, num. 7. Ma-
np. tom. 1. sum. cap. 100. num. 8. Sanch. lib. 9. de
matrimon. d. 4. num. 39.

Ego quidem hanc sententiam probabilim
ducens iudico primam esse probabiliorem. Nec
meum Thomam Santium audeo sectari, cre-
dens ex eius sententia non parua incommoda
posse obuenire. Indè enim mariti occasionem
sumerent splendide victitandi, & alendi vxores
ex alieno mutuo: si postea illæ ad solutionem
non tenerentur in illorum defectum.

PROBL. XXX.

*Vxor non plus insumens de bonis à marito
per vsuras acquisitis, quam quod ad con-
gruam sustentationem sufficeret iuxta
personæ propriæ qualitatem tenetur po-
stea, & non tenetur de suis bonis satis-
facere iis, quibus maritus per vsuras
dammum egit, si ipse nihil habuit, vn-
de solueret.*

Non tenetur. Quia non minus debitor est
vir vxori suæ talis sustentationis, quam ce-
teris creditoribus, & alioquin mulier semper
præferatur aliis creditoribus mariti, & debitor
mulieris aliorum creditorum debito. Sic Mo-
lina tom. 2. de iust. d. 350. Nauar. sum. cap.
17. num. 268. Sanch. lib. 9. de matrimon. d. 4. nu-
mer. 30.

Tenetur omnino. Quia totum id expensum
est à viro in vxoris vtilitatem, & indè illa fa-
cta est ditior. Quoniam tantum deberet insu-
mere ex proprio nisi ex alieno, à marito alere-
tur: quare velit nolit, ad id tenebitur. Ita Fa-
gund. tom. 2. Decalog. libr. 4. cap. 9. num. 13. Et
hoc consequenter debent fieri. Gama par. 1.
decif. 366. Barbosa l. si constante 25. num. 52. Lara
l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 115. ff. de
liber. agnosc. asserentes, mortuo viro, quando
nulla suppetunt illius bona, teneri viduam ex
suis bonis dotalibus vel arthas soluere debita à
suo viro contracta, ad ipsam, & familiam
alendam.

Profectò Santij ac Molinae sententiam in-
tellexerim, quando matrimonium celebratum
fuit per contractum dotis, & arrharum, & sub
ea conditione, ut mulier soluto matrimonio,
extraheret suam dotem integram, & arthas.
Quia tunc ille tenebatur alere vxorem ex fru-
ctibus dotis, & ex bonis propriis, salua semper
vxoris dote, & arthi. Nam si per contractum
medietatis bonorum matrimonium fuit cele-
bratum, non sic res habet: sed sumptuum om-
nium quos vir facit, dimidium pertinet ad
vxorem, vnde tenebitur illa in sententia, illo-
rum, si consumptis omnibus bonis dotalibus,
mariti, & vxoris debita remaneant post viri
obitum, ex suis bonis paraphernalibus vel ap-
pundè soluto matrimonio hereditate acquisitis di-
midium debiti soluere creditoribus pro se à vi-
ro alenda contracti. At in mea sententia, si quæ
bona paraphernalia constante matrimonio ha-
bebat, totum debitorum tenetur soluere, quia to-
tum insumptum est in illius sustentatione, ut
suppono.

Secl. II. De Præcepto IV. Problemata. 253

suppono: & tantundem illa insumptura erat ex ipsis, nisi ex debita (seu viuris) rarum a marito ad effectum illam alendi contractam aleretur. Et idem dixerim, si post mortem vi-ri, & soluto matrimonio aliqua bona ex hæ-reditate acquisiuit; nam eadem debita erat illa contractura ad sui sustentationem.

PROBL. XXXI.

Maritus tenetur, & non tenetur uxori adulteræ alimenta impertire.

¹⁴⁰ *Tenetur qui-*
dæm. **T**enetur quidem, etiam facta tori separa-
tione. Quia non definit esse vxor. Licet
enim ob adulterium possit vir impune vxor-
em occidere propria auctoritate, si in cri-
mine deprehendat, attamen illicite occidit,
& mortificet peccat. Vnde si occidendo delin-
quit in adulterio deprehensam, etiam pecca-
bit lethalius, ei alimenta denegando, cum
alimenta dentur ad alendam vitam, & eorum
negatio est quadam sublatio vitæ. Sic Iuli.
Clarus lib. 5. receptar. §. *Adulterium. vers. fa-*
cta autem. Anton. Gabr. tom. 1. commun. opi-
nion. lib. 1. fol. 21. vers. *Adulterium vxorem.*
Alij docent, vxorem eiectam a viro ob adul-
terium occultum alendam adhuc esse: secus si
eam eiciat ob adulterium notorium. Quia in
priori casu non priuatur vxor iure in virum,
nec alimentis, nisi secuta sententia, nec po-
test a viro domo expelli, nec vir ab eaduertere,
& separari. Sic Rosel. verb. *Dinortium*, nu-
mer. 11. Angel. verb. *Dos*, num. 20. Armil. ibi,
num. 18. Taale. q. 11. n. 11. Syluest. ibid. q. 14. di-
c. 9. & alij ex iuris peritis.

¹⁴¹ *Non tenetur.* Minime tenetur. Quia sicut vir conscius
adulterij vxoris, & de illo moraliter certus,
negare ei potest conuictum, & cohabitationem:
ita & alimenta poterit abnegare. Quia
omni iure maritali priuata censetur. Nam
Christus Dominus Mat. 5. & 19. permittit
viris dimittere vxores ob adulterij causam, &
non requirit publicam, aut notorium adul-
terium, sufficit ergo vt vir possit ab vxore diner-
tere, quod adulterium sit certum, licet occultum.
Ita Sanchez lib. 10. de matr. d. 8. n. 25. Sotus
in 4. dist. 36. q. 2. n. 4. Manu. 10. 1. sum. c. 240.
n. 2. Fagund. 10. 1. Decal. l. 4. c. 9. n. 23. Barth. à Le-
des. de matr. dub. 67.

¹⁴² *Hoc vnicè te-*
nendum exi-
stimo. Non possum non mirari, primam senten-
tiam à viris admodum doctis visam fuisse proba-
bilem tam debili fundamento hærentē. Quia
Christus Dominus permisit dimissionem vxor-
um, & separationem à toro ob earum adul-
terium: non autem earum occisionem, & conse-
quenter permisit alimentorum negationem;
quia hæc non debetur vxoribus nisi dum in ob-
sequio suorum virorum adfunt. Et quamvis
alimentorum negatio sit quadam sublatio vi-
tæ: attamen id est lato modo, non pressè, ac per
se loquendo. Et quidem per huiusmodi alimen-
torum negationem non intelligi hæc alimenta
ad vitæ necessaria affirmo. Nam si vxores in
extrema sint necessitate, non possunt mariti
adulteris alimenta negare; si enim debetur cui-
libet proximo, etiam illis debentur; quia adhuc
Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

sunt proxima; nec illis negandum, quod infide-
libus in extrema necessitate contingitis abne-
gari non potest.

PROBL. XXXII.

Maritus tenetur, & non tenetur vxorem alere, dum eam in osculis, & amplexibus cum alio deprehendit.

¹⁴³ **N**on solum non tenetur vir vxorem adul-
teram alere; sed hæc etiam cum eam *Non tenetur*
in solis osculis, & amplexibus deprehendit.
Quia sicut ob hæc vxor dote priuatur, ita &
alimentis. Sic Lara l. si quis à liberis, §. si quis ex
his, n. 77. ff. de liber. agnoscent. Surdus de aliment.
tit. 7. quest. 16. num. 35.

¹⁴⁴ *Tenetur pro-*
fecto. Tenetur planè. Quia sicut non est verum,
eam tunc priuari dote, vt optimè ostendit San-
ctius l. 10. de matr. d. 4. n. 12. ita nec alimentis po-
test priuari. Ità ipse Sanchez ibi, d. 8. n. 27. fatus,
oscula & amplexus non esse sufficientem causā
dimissionis, cum Christus solum permittat, &
concedat viris licentiam ad vxores dimittendas
ob adulterium. Ergo si dimittere non possunt
ob oscula & amplexus, nec eis poterunt alimen-
ta denegare. Fagund. tom. 2. lib. 4. cap. 9. num. 25.

¹⁴⁵ *Hæc certum*
esse credo. Hoc quidem certum esse crediderim. Quia
vxor solummodo priuari licet potest ob adul-
terium quando est certum: At oscula, & ample-
xus non est adulterium, nec dispositio proxima
ad illud, sed remota; neque est certum quæ ad-
mittit oscula, & amplexus, adulteriū comississe.

PROBL. XXXIII.

*Vir debet, & non debet alimenta vxori adulteræ impertire, si à principio ipse cau-
sam dedit adulterio eam domo iniussè
pellendo, vnde illa fuit in adulterium
lapsa.*

¹⁴⁶ **D**ebet ei præstare alimenta. Quia viri cul-
pa in adulterium lapsa fuit. Sic Lupus ry-
br. de donat. inter virum & vxor. §. 20. n. 4. & 5. §. 5. *mona pra-*
64. n. 3. Covar. alios citat. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 5. stare.
n. 2. Ludou. Lopez p. 2. Instr. ubi de matr. c. 54.
Cifuentes l. Si tam limitat. 4. afferens, quando
vir iniussè expulit vxorem, si illa postea forni-
cata est, ei debere alimenta; quia viri culpa in
adulterium lapsa fuit. Idem docet Conarruias,
quando ob viri sententiam ab eius consortio fu-
git, & post fugam adulterio inficitur.

¹⁴⁷ *Non debet.* Non debet necessarîo vir in eo casu alimen-
ta vxori impertire. Quia expulso iniussè mini-
mè excusat vxoris adulterium, nec ipsi impu-
tatur marito nisi tanquam causæ remota. Ità
Sanchez lib. 10. de matrim. d. 8. numer. 26.
Fagund. tom. 2. Decal. lib. 4. cap. 9. numer. 29.
& alij apud Sanctium.

¹⁴⁸ *Sententia hæc*
nihil vnicè
certa. Primam sententiam falsam esse indico, secun-
dam autem vnicè veram: intelligo eam tantum,
nisi maritus eo fine expelleret vxorem, vt
adulterium ipsa committeret; tunc enim sicut
adultera non posset dote priuari, ita nec alimen-
tis. Nam in adulterio tacitè tacite consentit
maritus, si autem eo fine vxorem domo non ex-
pulsit.

pulit, aut sanctitatem expressit: nec in foro externo vxor à pena adulterij excusatur, vel amissione dotis propter famis necessitatem aut propter paupertatem: secus si eo hac tenderent; vt ipsa adulterium perpetraret Sanch. l. 10. d. 5. num. 6. & 10. Farinac. in praxi crimin. q. 141. n. 15. & alij.

PROBL. XXXIV.

Si dos promissa integrè non soluitur: tenetur, & non tenetur maritus uxorem alere, pro rata accepta dotis.

149
Ceteri suppo-
no.

Maritus tenetur alere integrè uxorem ex tota dote soluta. Negatur à nemine. Ob dotem promissam non solutam non tenetur maritus uxorem ex suo praeistare alimenta. Quia dos quasi in pretium datur, vt eius fructibus teneatur vir onera matrimonij sustinere, uxoremque alere. Hoc tamen intelligendum, quando promittens dotem est in mora soluendi; nam si tempus aliquod concessum sit à viro ad dotem soluendam, nondum aduentante tempore, alere eam tenetur. Quia concessa ea dilazione, tacite ad id se obligauit: adueniente autem, non tenetur. Sanch. l. 8. de matr. d. 5. n. 1. Angel. v. Dos. n. 9. Syluest. ibi. q. 10. Molina 10. 2. de iust. d. 425. Sa v. Dos. §. acceptam sine dote. Sed quid, si adueniente tempore solutionis dos promissa integrè non soluitur, sed pars solummodo: tenetur ne maritus uxorem alere? saltem pro rata accepti?

150
Non tenetur.

Non tenetur. Quia dum dos sibi integra non soluitur, contractus initi, fides non seruatur: vnde nec ipse tenetur seruare fidem in contractu matrimonij tacite promissam eam alendi. Sic Lupus ad c. Per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab. 3. n. 2. & alij plures, quos citat, sed non plene sequitur Sordus de aliment. tit. 7. q. 17. n. 3.

151
Tenetur pla-
ne.

Tenetur maritus ad partem alimentorum pro rata solutae dotis. Quia eadem est ratio partis ad partem ac totius ad totum, l. Quia de tota, ff. de rei vendicat. Vnde sicut tota dote recepta, tenetur ad sustentationem totalem: ita recepta parte ad partialem sustentationem impertientiam tenebitur. Ita Sanch. l. 9. de matr. d. 5. nu. 3. Fagund. 10. 2. l. 4. c. 10. n. 3. Sordus citat.

152
Hanc partem
puto esse ve-
riorem.

Hanc partem veriorem esse reor. Neque obstat, quod non sit ipsi seruata fides, vt ipsam etiam maritus non seruet; nam vbi primum illam partem dotis acceptauit, tacite, vel it, nolit, se praestandi alimentis obligauit ad partem.

PROBL. XXXV.

Maritus tenetur, & non tenetur, uxorem alere, quando parentes dotem dolose, minime soluturi, promiserunt.

153
Error pra-
missio.

Erra praemitto, si extraneus promissit dotem, & non soluit, nec vnde soluat habeat, maritus non tenetur uxorem alere: si autem ipsa vxor aut parentes vxoris dotem promiserunt, eam

alere tenetur. Ratio discriminis est, quia vxor, eiusque pater gaudet privilegio, vt conueniri non possint pro dote soluenda ultra quam facere possint, & sibi imparet maritus, qui fidei iussores non adsciuit. Barbosa l. Maritum 13. n. 57. ff. soluto matrimonio. At si dolose promiserunt; quaesierim, an teneatur maritus uxorem indotatam alere?

Non tenetur. Quia fraus & dolus non debet suis authoribus patrocinari: Et quia quando dolose promiserunt, carent privilegio illo, vt conueniri non possint. Sic Sanch. l. 9. de matr. d. 5. n. 5. Sordus de aliment. tit. 7. q. 17. nu. 27. 30. & alij.

Tenetur quidem. Quia vxor indotata seruit marito, & in obsequio illius est. Ergo si non vti vxorem, debet tamen eam vti famulam alere. Ita Abbas consil. 85. numer. 2. & 3. volum. 2. Anchar. ad cap. Per vestras, de donation. inter virum & vxor. numer. 14. Ioan. Lupus ibi, notab. 3. §. 1. numer. 1. & alij, quos refert Sordus de aliment. tit. 7. quest. 17. numer. 38.

Primae sententiae adhaereo, fundamentum secundae infirmum esse indicans. Quia vxor duo tenetur praestare viro propter sustentationem, dotem, & obsequium: quare altero deficiente, non tenetur maritus eam alere. Certè dote non soluta, non tenetur maritus uxorem alere, non tamen ob id potest domo expelli. Vnde colligitur non cogi ipsum ad eam alendam, eo quod illa in obsequio eius sit: sed quam non potest domo pellere, quam sibi obsequentem expulit, quomodo non lubens alimento donabit?

PROBL. XXXVI.

Quando vir non tenetur uxorem alere ob promissam dotem non solutam: potest & non potest eam non traducere, & traductamque domo expellere.

Potest vir eam non traducere, & traductam domo pellere. Quia vir sine dote non tenetur onera matrimonij sustinere. Potest ergo vir dote promissa, & non soluta uxorem non traducere, & illam domo pellere, ne ex suo cogatur onera sustinere. Et quia omnia iura fauent deceptis: & indigni sunt decipientes omni favore. Quamobrem cum vir deceptus sit, illi potius quam mulieri est fauendum. Et hoc verum est, siue dos promissa sit ab extraneo, siue ab ipsa vxore, vel à patre illius. Quia expulsio hac aut non receptio non permittitur viro propter vxoris culpam, sed ne vir cogatur onera matrimonij ex suo sustinere. Sic Anchar. ad c. Per vestras, de donat. inter virum & vxor. numer. decimo tertio. Alexand. de Neuo ibi nume. 3. Lupus ibi, notab. 3. & alij apud Santium citandum.

Non potest vir eam non traducere, ne traductam expellere. Quia dotem promissam solui, aut non solui, nihil ad ius cohabitandi attinet: ius enim cohabitandi non oritur ex solutione dotis, sed ex intrinseca natura ipsius contractus matrimonij, & ex lege naturali & diuina. Erunt

Seçt. II. De Præcepto IV. Problemata. 255

Erunt duo in carne una : sicut & obligatio reddendi debitum coniugale non oritur ex solutione dotis sed ex ipsa contractus matrimonij natura : Ergo sicut non solutio dotis haud eximit virum à redditione debiti , vt latè probat Sanch. l. 9. de matr. d. 4. num. 2. Ità non eximet ab obligatione cohabitationis. Ità ipse Sanch. d. 5. num. 17. & 18. Fagund. tom. 2. Decal. l. 4. cap. 10. num. 16.

159
Hoc mihi
probabilius.

Hanc partem probabiliorē esse existimo. Quia præcipuus finis cohabitationis non est, vt vxor à viro alatur, ad quod dos constituitur: sed vt mutua sibi obsequia coniuges præstent ad prolis generationem, & commodam eius educationem: sed hic finis non cessat, dote non soluta: ergo non cessabit traductionis, ac retentionis vxoris obligatio. Itaque tenetur vir vxorem traducere, eamque non expellere: nam Christus Dominus prohibuit vxorem dimitti, excepta fornicationis causa: non tenetur autem eam ualere, quia dos promissa soluta non est, quæ quidem ad vxoris alimenta assolet assignari. Addiderim, nec Iudicis autoritate posse vxorem ob hanc causam expelli. Quia hæc non est sufficiens expulsiōis causa, nec à iure Canonico annumeratur c. Porro, de diuoritiis.

PROBL. XXXVII.

Socer non soluit genero totum dotis promissæ capitale, sed partem illius: Tenetur gener, & non tenetur minuire de perceptione fructuum rei oppignoratæ aliquid pro rata.

160
Statum qua-
stionis expli-
co, certum
statuens.

Petrus (v. gr.) dedit filiam suam in vxorem Antonio, promissis pro dote mille aureis, tradidit ei fundum in pignus: Potest Antonius licite percipere fructus prædij oppignorati, quamdiu ei dos integra non soluitur: idque quamvis ratione temporis fructus excedant partem reliquam capitalis dotis. Quia definitum est expresse in c. Salubriter, de usuris. ibi. Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem, non credimus compellendum: cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Quod si fructus successu temporis capitale dotis excedant, adhuc potest gener eos percipere, quamdiu capitale non soluitur. Quia si vno cumulo solueretur capitale, res tam fructifera emeretur, quam fructifera est res oppignorata, & fortasse magis: etsi non emeretur, cogeretur gener, aliunde ex suo onera matrimonij subire: vnde semper ratione damni emergentis gener posset fructus percipere, licet temporis successu capitale excederet. Nauar. sum. c. 17. n. 213. Ludon. Lopez. p. 2. in l. r. c. 60. Couar. l. 3. variat. c. 1. sed quid si socer non soluat totum capitale, soluat verò partem illius: tenetur ne tunc gener aliquid de perceptione fructuum oppignorati fundus pro rata imminuere?

161
Minimè te-
netur.

Minimè tenetur. Quia priuilegium est dotis, vt dum integra non soluitur, præfati fructus percipiantur. Sic Lupus ad cap. Per vestras de donat. inter virum & vxor. notab. 3. num. 2. & plures citati à Surdo de aliment. tit. 7. q. 17. nu. 3. Escob. & Mená. Theol. Moral. Tom. IV.

Et hanc partem necessariò debent tueri cum his omnes alij, qui affirmant, non teneri virum vxorem alere nec in totum, nec in partem, quamdiu dos integra sibi non soluitur. Quia contractus fides sibi non seruatur soluendo totam, dotem promissam præfixo tempore. Quamobrem nec ipse tenebitur aliquid de fructibus prædij oppignorati minuire.

Tenetur equidem de fructibus fundi minuire tantum, quantum accrescit sibi ex capitali dotis solutæ pro rata. Quia eadem est ratio de toto ad totum, atque de parte ad partem. l. Que de tota, ff. de rei vendicat. Vnde sicut tota dote recepta, tenetur gener restituere totos fructus fundi, (imo & ipsum fundum) si ulterius percipiat: ita recepta parte dotis tenetur restituere, ac minuire partem fructuum illius agri pro rata respondentem parti dotis solutæ. Ità Sanch. l. 9. de matr. d. 5. n. 3. Surdus citatur, Fagund. tom. 2. l. 4. cap. 10. n. 4. & alij apud Surdum.

162
Tenetur.
Quidem.

Hæc verior opinio. Quia soluta parte dotis debite censetur socer illam soluens, ea intentione soluisse, vt tantum diminuatur pro rata ex fructibus, quos ex fundo gener percipiebat: nam id poterat, quando partem dotis soluit, iuste in pactum deducere. Vnde tacite soluisse censetur saluo suo iure diminutionis fructuum illorum, ne plus latur, quam oportet. Ex qua resolutione tria infero corollaria. Primum, posse maritum, quamvis non sit gener eius, qui tale pignus dedit, fructus percipere, cum admonitione, non computandi eos cum promissa dote, quamvis illam excedant temporis successu, nisi contrarium in dotis contractu exprimitur. Secundum, posse maritum pacisci cum eo, qui dotem sibi promissit, & non soluit, vt quamdiu non soluerit, pendat sibi in singulos annos tantum, quantum aliquis mediocriter industrius ex illa dote ipsa salua, lucraretur. Nauar. sum. cap. 17. num. 213. Abbas cap. salubriter, de usur. Sotus l. 6. de iust. quest. 1. art. 2. sentiunt, iuste seruari posse statuta terrarum præscribentia, vt qui dotem promittit, quoad soluat, certum quid in singulos annos pendat. Ludou. Lopez. p. 1. in l. r. c. 60.

163
Hæc verior
opinio.

PROBL. XXXVIII.

Vxor nobilis tenetur, & non tenetur præstare marito quacumque vilia obsequia, ex iustitia, & vi contractus matrimonij, si licita sint.

Tenetur omninò licet sit nobilissima. Quia non debet esse conditio creditoris peior ob creditoris nobilitatem, nisi aliter sit in iure cautum: sed ex iuris dispositione tenetur vxor obsequia præstare viro cum ipsi sit subdita. l. sed si vir ex lana. ff. de donat. inter virum & vxor. cap. Hæc imago, & cap. Est ordo 3. q. 5. vbi præscribitur, mulierem esse viro subditam & penè eius famulam: Ergo licet vxor sit nobilis admodum ad quæque ministeria tenetur, cum in iure vxor nobilis nõ excipiat. Et quia vir tanquam caput mulieris in omnibus eam

164
Tenetur casu
nino.

Y 2 potest

potest dirigere, & omnia ei praecipere obsequia, modo non sint peccato obnoxia iuxta illud Gen. 3. *sub viri potestate erit, & ipse dominabitur tui*. Si ergo est domus, illa est quasi serua: serua autem in omnibus licitis, quamvis vilibus domino tenetur obedire. Et quia ab initio contractus matrimonij inerat conditio nobilitatis vxori: & tamē voluit matrimonij contrahere cū viro etiā ignobili: Ergo neq; viri ignobilitas eā nō excusat ab his obsequiis: eo enim quod se ad coniugium obligauit, consequenter ad hanc adstrinxit obsequia. Sic Pinellus de bonis maternis lib. 1. part. 3. num. 61. Barbati. in addit. ad Baldum, l. si vxorem C. de condit. infertis. Ioan. Andr. ad cap. Lit. as, numer. 9. Argel. v. vxor. num. 2. Et Tiraquel. de nobilit. cap. 20. num. 95. ait hanc sententiam fortasse esse veriore.

165 Non tenetur vxor nobilis ad obsequia viri, si praestanda marito: sed ad ea solum, quae illius dignitatem, ac nobilitatem non dedecent. Quia lege interdum lana. ff. de oper. liber. dicitur: *Sed si liberta, quae operas promissit, ad eam dignitatem perueniat, ut inconueniens sit praestare patrono operas ipso iure hoc interdicitur*. Et quia vxor non est serua, nec famula; sed socia, & coadiutrix; opera autem vilia ad domus seruitium attinentia famulae propria sunt, ac seruae, ut per se patet. Itā Abbas, Baldus, Decius, Lupus, Cynus, Salicetus, Guillelmus, quos citat, & sequitur Fagund. tom. 2. lib. 4. cap. 12. num. 4. Rol. v. vxor. num. 7. Syluest. ibi; quest. 2. Suarez iur. consult. lib. 9. tit. De los pleitos, l. 1. n. 13. Sanchez to. 1. de matr. l. 6. d. 9. num. 24.

166 Probabilem primam sententiam esse reor, secundā autē longe probabiliorem. Vnde vxor nobilis nō tenetur pedes mariti diluere, cibos condire, domum verrere, tergere, fricare, & alia vilia, ac seruilia id generis obsequia exercere. Attamen si coniuges itā inopes essent, ut famulam conducere non possent, tunc nobilis vxor teneretur ea opera praestare: imō quamvis minime teneretur, ipsa nobilitas eam ad huiusmodi praestanda obsequia in mariti obsequium inclinaret.

PROBL. XXXIX.

Vi vxor teneatur virum sequi aliud domicilium mutantem, necessarium est, & non est necessarium, ut detur causa mutandi illud.

167 Certum est, teneri vxorem virum sequi domicilium aliud mutantem, nisi matrimonium ab initio contractum fuerit sub onere, seu pacto non mutandi illud; vel nisi post pactum appositum, & matrimonium contractum noua causa mutandi domicilium adueniat: nepe quia caeli temperies minus salubris sit, noxiaque actualiter valetudini coniugis, vel proli generationi, aut procreationi filiorum: vel si in eo oppido capitales inimicitiae contrahantur; tunc enim spreto pacto etiam si iuramento firmatum fuerit, possunt alio commigrare. Non tenetur autem virum sequi, si ei salutis animae sequatur detrimentum: v. gr. virum Anglicum comitari ad terras haereticorum proficiscenter. Quasi enim verò, num ut

vxor virum alias sequi teneatur, requiratur, ut detur causa necessaria domicilium mutandi.

Necessum est, ut causa ad hoc huiusmodi. Quia durum esset, velle obligare vxorem ad sequendum maritum, sine causa volentem aliud domicilium mutare. Sic Alex. de Neuo cap. De illis, de sponsalib. num. 11. & cap. 1. num. 7.

Non est necessarium, ut ad hoc causa, sed tenetur vxor maritum sequi aliud transferentem domicilium, modo non detur in transmutatione in honestas. Quia alias nulla esset distinctio inter virum & vxorem, quod est absurdum; nam vir est caput, vxor loca illius, & adiutrix, imo membrum capitis: Oportet ergo ut detur aliqua distinctio inter virum & vxorem, quoad obligationem comitandi, ac sequendi illum; ea autem est, ut vir teneatur vxorem sequi, quando vult mutare domicilium ex causa: vxor verò semper teneatur sequi virum, siue detur, siue non detur causa domicilium mutandi: modo tamen in tali mutatione non detur inhonestas, aut turpitudine. Ita Glos. ad c. 1. de conuge lepro. v. sequatur. Hostiens. ibi, ad ver. sequatur. Innocent. xvi. Anton. num. 11. Anchar. num. 6. Abbas ad cap. De illis, num. 4. de spons. Rol. v. vxor. num. 3. Argel. v. vxor. n. 9. Syluest. ibi; q. 8. Tabic. quae est 2. n. 3. Glos. ad c. vnaquaque v. sequitur 13. q. 2.

Communis sententia haec est. Vnde alio teneri vxorem virum mutantem domicilium pro libito, sequi, nisi ex causa turpi mutaret. Nec hoc durum debet videri, cum maritus sit caput ad quod gubernatio domus spectat: nulla non sit. Igitur in hoc consistit differentia inter virum & vxorem quoad obligationem comitandi, ut cum vir sit caput, possit liberè eligere locum, ubi figendum sit domicilium, & vxor teneatur illum sequi, siue detur causa mutandi illud, siue non: vxor verò non possit illum eligere, nec vir teneatur illum sequi, nisi cum compulsa necessitate, illud mutet; & obligatio reddendi debitum compellit vxorem ad sequendum virum, compellit etiā virum ad sequendam vxorem ex causa iusta.

PROBL. XL.

Vir tenetur, & non tenetur vxorem, quam dotatam duxit, alere, si ob vxoris culpam vel haerem publicata fuit, siue ea ad suum admiserit consortium, siue non admiserit.


171 Maritus catholicus tenetur alere vxorem de haeresi damnatam, & cuius dos ob haerem publicata fuit, si eam ad suum consortium admiserit, si verò non admiserit, minime tenetur. Quia in defectum dotis, & patrimonij tenetur vir alere vxorem propter debitum coniugale. Et quia inhumanum esset negare alimenta ei, quam ad suum obsequium admiserit. Et quia maritus tenetur alere vxorem indotatam: & in hoc casu perinde est, ac si sine dote duceret. Sic Abbas consil. 85. n. 4. volum. 2. Lupus c. Per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab. 3. §. 1. x. 1. Gomez lib. 78. Tami. n. 6. Simancas de catholic. instit. tit. 16. n. 19. Sardus de aliment. tit. 7. quest. 2. n. 6. & 7. citans Gondisalum tr. de haer. quest. 15. num. 9.

Non

Sec. II. De Precepto IV. Problemata. 257

¹⁷² Non tenetur alere vxorem, etiam si ad suum consortium post damnationem admittatur, & in eius seruitio, toro, & obsequio sit. Quia obligatio cohabitandi, non oritur ex solutione dotis promissæ, sicut oritur obligatio alendi vxorem, sed ex intrinseca natura contractus ipsius matrimonij, & ex lege naturali, ac diuina. Vnde qui gratis se vult rursus submittere cohabitandi obligationi, non ideo submittitur obligationi alendi: hæc enim e dote nascitur; quæ si deperit vxoris ex culpa, deficit alendi obligatio. Ità Rojas de heret. part. 2. nu. 225. Couar. 4. Decret. par. 2. cap. 7. num. 2. Bæza de non melior. filiab. cum a dotis. cap. 32. num. 21. Matienzo lib. 5. receptil. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 91. Pars, veraque probabilis.

¹⁷³ Existimo autem non teneri maritum, siue admittat, siue non admittat vxorem, eam alere si patentes illius possint ei alimenta impertire; teneri autem in defectu parentum, eam alere si ad coniugale consortium admittit. Quia aliud est, vxorem sine dote ducere, aliud cum dote ducere, quam vxor sua culpa seu proprio delicto amittit. Nam vir ratione dotis solutæ tenetur vxorem alere, & dum non soluitur, non tenetur; perinde est autem culpa vxoris dotem amitti, & publicari, ac si non esset soluta. Non tenetur ergo vir eam alere, quando illa, vel heresi, vel quocumque alio crimine culpa sua dotem amittit. Nec est simile, quando indotatam duxit. Quia tunc sua sponte, nullo recepto pretio, se ad illam alendam obligauit. At si illam admittit, & in eius consortio sit, parentes autem non possunt ei alimenta impendere: amor coniugalis, & nexus tam arctus posulat, ut à viro alatur, ne fame depercat. Accepi ex Sanctio lib. 9. de matrimon. d. 5. num. 10. quem sequitur Fagund. tom. 2. Decalog. libr. 4. cap. 13. num. 7.



CAPVT X.

Circa mutuam obligationem Domini, serui, ac famuli.

PROBL. XLI.

Famulo, qui promissit seruire anno integro, pro assignato stipendio si prius sex mensibus tantum in seruitio, dominus tenetur, & non tenetur dimidium mercedis soluere.

¹⁷⁴ Non tenetur dimidium partem soluere. **N**on tenetur, dimidium ei partem soluere, sed paulò minorem, & de iure alicuius Regni nihil ei debetur. Quia fidem datam violauit. Sic Syluest. v. Famulus, q. 5. Azor. to. 2. l. 11. c. 39. q. 7. Barthol. ad V. Viuorum, §. Quod in anno, §. soluto matrimonio, & alij communiter.

¹⁷⁵ Tenetur plene. Tenetur dominus ei soluere dimidium stipendij partem. Quia famulus dimidium temporis proculdubito seruitium præstitit: Ergo dignus est illius seruitij mercede. Ità Fagund. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

gundez tom. 2. libro 4. capite 15. num. 15.

Ei lubens adhæreo, nec prius sententiæ resolutionem improbo: Existimo enim eam, eiusque fundamentum in foro externo procedere: nam in foro interno probabilius crediderim teneri dominos pro rata famulis stipendia impertire. Quia conscientia foris est tribunal veritatis, & ille dimidium temporis seruiuit, cui labori sua merces responderet. Si autem alicubi speciali iure integra merces abnegatur famulo non implenti tempus promissum id fundatur in malitia seruorum, & in damno, quod ob malitiam eorum præsumitur dominis obuenire. Suppono autem hic nec damnum, nec malitiam interuenisse. Nam si famuli malitia damno herus afficeretur, aliterem, posse herum à mercede tanquam extrahere, non tam in poenam malitiæ, quam in damni satisfactionem.

PROBL. XLII.

Si Famulus seruiat minori pretio infirmo sperans aliquo beneficio à domino esse donandos, quod postea minime accipit. Hic potest licite, & non potest, id occultè compensare.

¹⁷⁷ Sunt nonnulli famuli, qui minori mercede seruiunt, quam alioquin spectaro infirmo stipendio sit iusta: volunt tamen id libenter remittere, ac condonare suis dominis, vel propter beneficia iam accepta, vel ut gratiam apud illos mereantur spe maioris boni ab illis, aut illorum causa obtinendi: & tunc quidem non tenentur domini eis mercedem augere vique ad iustum pretium infirmum: neque illi poterunt sibi occultè compensare. Quia ibi non cernitur nuda locatio, sed per mixta condonatio. Molina tom. 2. de iust. d. 506. Quæsierim autem, num si postea nihil gratiæ à domino obtineant, possint occultè compensationem facere?

¹⁷⁸ Possunt quidem. Quia beneficium, vel gratia ab hero sperata fuit quasi conditio, sub qua ea facta est mercedis iustæ condonatio. Nam si in famuli mentem venisset, se oleum, & opem perdituram, nullatenus huiusmodi gereret condonationem. Sic Doctores nonnulli apud Molinam tom. 1. de iust. d. 210.

¹⁷⁹ Minime possunt. Quia spes promerendæ gratiæ, aut beneficij consequendi, non fuit simpliciter conditio sub qua ea facta est condonatio, qua non secuta reddatur ea condonatio nulla; (quod illi Doctores verè affirmant) sed est causa motiua, & finalis donandi. Vnde si fructus speciei desit, sibi famuli non domino imputent. Ità Fagund. tom. 1. Decalog. libr. 4. cap. 15. num. 33.

¹⁸⁰ Hoc vnicè verum existimo. Parum enim refert, quod si id scirent, nullo modo inferrent pro mercede illa iusto infirmo minori. Nam obligatio domini erga seruos oritur non ex iis, quæ fierent, sed ex his, quæ sunt facta.

Y 3 PROBL.